

A.

Blätter 1113 - 23. 25. 27 - 31. 34 - 35. 37 - 38.
40 - 42. 44 - 50. 52 - 53. 55 - 57. 59.

18

27
am 26

DISSE R T A T I O
DE
DEXTERITATE SEV APTITVDINE
ET
SINCERITATE APOSTOLORVM
TESTIVM RELIGIONIS CHRISTIANAE FIDE
DIGNISSIMORVM

QVAM
P R A E S I D E
VIRO SVMME VENERANDO, EXCELLENTISSIMO,
AMPLISSIMO, DOCTISSIMO,

CHRISTIAN. BENEDICTO MICHAELIS,
S. S. THEOLOGIAE DOCTORE, EIVSDEMQUE ET LINGVARVM
GRAECAE AC ORIENTALIVM PROFESS. PVBL. ORDINAR.
REGIORVM ALVMNORVM EPHORO,

FAVTORE AC PRAECEPTORE SVO
SVMMA VENERATIONE SVSPICIENDO,

D. MARTII A. CIO IOCC LX.
PVBLICE DEFENDET

AVCTOR
CHRISTIANVS GOTTLLOB KAHL,
HIRSCHBERGA-SILESIVS,
S. S. THEOL. CVLT.

HALAE MAGDEBURGICAE EX OFFICINA HENDELIANA.

DIESSEITEN

DE XERITATE SEA ARTIDINE

SINCERITATE APOSTOLORUM

TRITIA RELIGIOIS CHRISTIANAE IDE

DIGNI MORTALI

FESTA PRAE

QUI SUMUS INVERSED ECLIPSISMO

ANALOGO DOGMA

CHRISTIAN BENEDICTUS MICHAELIS

2. CHRISTIANUS BONIFACIUS HABENDA ET TRADENDA

CARTA DE CONSTITUTIONE MONASTERICARUM

INQUAM TUTA VITATUR MUNIMENTA

TUTORIE VIGET PLENTORI SAV

2. TESTIMONIA EXALTA

EXCELSA CETERA QUITA

VIRIS
SVMME AC MAXIME VENERANDIS,
EXCELLENTISSIMIS, DOCTISSIMIS,
M. FERDINANDO WEISSIGIO,

ECCLESIAE, QVAE HIRSCHBERGAE FLORET,
PASTORI PRIMARIO,
ECCLESIARVM SCHOLARVMQVE IN CIRCULO ET HIRSCH-
BERGENSI ET LEOBERGENSI INSPECTORI REGIO,

M. GOTTLLOB KAHL,
ARCHIDIACONO ECCLESIAE APVD HIRSCHBERGENSES
INSPECTORI REGIO,
PARENTI SVO OPTIMO,

**M. GOTTLLOB BENIAMIN
WEINMANNO,**
ET
PAVLO HENRICO BVRCHARDI,
DIACONIS
OPTIME FIDELITERQVE DE HIRSCHBERGENSIVM ECCLESIA
PROMERENTIBVS;



PATRONIS AC FAVTORIBVS SVIS

SVMMA

QVA DECECT ANIMI OBSERVANTIA

AETERNUM COLENDIS

HANC DISSERTATIVNCVLAM

SANCTAM DICATAMQVE ESSE

CVPIT

TANTORVM NOMINVM

OBSERVANTISSIMVS CVLTOR

AVCTOR

CHRISTIANVS GOTTLÖB KAHL.



§. I.



Quo maiores hominum intelligendi cognoscendue uires limites habent, eo magis cauendum est, ne in uitium subreptionis incidamus. Omnis hinc opera ac industria tam in iis, quae ope raniae rationis cognoscimus, quam in il lis, quorum notitiam ab aliis accipimus, adhibenda est, ne falso cum uero, ue rum autem cum falso permuteamus. Incredulitas & supersticio tot crima atque errores in societate hominum perpetrerunt, ut nemo uerbis satis sufficienter enarrare ualeat. Licet quidem, ut opinor, interdum longe sit facilius, ut quis se de ueritatibus, quae ex naturae lumine cognosci possunt, certiorem faciat, eo tamen saepe difficultius est, ut in credendis, uel in iis, quorum aliis debemus notitiam, summum semper certitudinis gradum nobis acquirere pos simus. Cauter hinc agendum est in examinandis testibus, ac eorum rationibus, quibus ueritates nituntur, ut nobis possibile maneat, rei ueritatem solide dijudicare uerumque a falso probe secernere. Quo & plures ueritates sunt, quo-

A

Etiusd. argumenti' est
dis. habita yerside
D. lo. Ge. Knappio,
de recto et genuino
Ufu circuio et locum, fi
dem humanam frumenti
un' im probatio in diuina
origine S. litterariorum
necfare (Dr. Sam. Baer
Halle 1657.)



quidem & majoris ponderis, ad quarum notitiam non aliter nisi per fidem peruenire possumus, eo major cautio ac diligentia uel in probandis & assumendis illis, uel in iis refutandis & dissoluendis, obseruanda est, ne triticum cum palea, uerum cum falso euellatur & eiiciatur. Omnis Christianorum religio Apostolorum testimonii nititur, necessarium itaque est, ut scriptores sacros ueritatum diuinarum testes pie probeque examinemus. Id quod de Apostolis sequentes docebunt paragraphi.

§. II.

*Requisita leonis fidei
magis dexteritas, et
sinceritas.*

Antea uero, quam ad ipsos progredior Apostolos, necessum esse duxi, ut pauca quedam in medium profaram, e quibus cognosci poterit, qualia oporteat testimoniū habere requisita, quae si habeat, efficiunt, ut pro satis idoneo teste habendus sit. Non enim unusquisque necessaria requisita possidet: quia multi inueniuntur, qui facillime falli possunt; alii uero dantur, qui fallere sibi quasi faciunt officium. Saepe igitur sciū omnino difficile est, anne ipsos testes plane omnis eorum sefellerit opinio, & si non sefellerit, anne forsan decipere alios uoluerint. Opus itaque est, ut testimoniū acutissime ac diligentissime antea examinetur, quam quis fidem ei habere obligari potest. Duo uero præcipue ponuntur requisita, ex quibus, si quis ea possidet, cognoscitur, quod testimonium dare ualeat, si uero uno altero e careat, una etiam simul efficitur, fidem eum nullo unquam mereri temporis spatio. Unum uero requisitorum est, ut sufficiēte testimoniū agendi gaudeat dexteritate, seu aptitudine, alterum uero, ne necessaria uoluntatis sinceritate careat. Omnis, qui his duobus gaudet requisitis, ad testimonium dandum sincerissimum satis idoneus est. Hoc paragraphi subsequentes copiosius explicabunt.

§. III.

§. III.

Primum igitur necessum est, ut testis sufficiente gau-
 deat dexteritate, sine qua nunquam fieri potest, ut quis si-
 dem habere ei obligari queat. Sub dexteritate uero testis
dexteritas
 nihil aliud intelligo, quam ut sufficiens habeat vires, quae
 ad experientiam ueram requiruntur, deinde uero³ quae ex-
 pertus est, recto atque decenti designandi more facultatem
 possideat. Non enim sufficit, si etiam quis non cupit de-
 cipere, nisi necessaria praeditus est dexteritate, ut uerum a
 falso segregare didicerit. Multi quidem sunt hominum,
 quibus decipere nullo unquam temporis spatio in mentem
 uenit: interea quia ipsa eorum cognitio omnium errorum
 plenissima est; uel quia rem sibi alteri repraesentare de ea-
 que false cogitare solent, necessaria testium dexteritate
 egent. Saepissime quidem consuetudo eorum est, ut qui
 decepti sunt, rem tamen eo confidentius proferri soleant,
 quo magis se de rerum ueritate persuasos habuerunt; in-
 terea tamen maxima diligentia, attentione ac industria te-
 stis examinandus est, antequam a testimonio ipsius ad uerita-
 tem concludi potest. Testis uero non superioribus tantum
sanis animae uiribus indiget, quae requiruntur, ut experien-
 tiā suā probare queat, sed & inferioribus. Sensus me-
dia sunt, quorum ope anima repraesentationes accipit, si
 igitur quis sensus obtusos habet, minime aptus erit, ut de-
 re testari valeat. Quomodo enim is, qui seu oculis seu au-
 ribus caret, testimonium dare potest, quid jam jam conti-
 gerit, quum auditu ac uisu priuatus sit? Omnis itaque te-
 stis, qui necessariis ad experiendum uiribus gaudet, iisque
 simul in experiencing rite uititur, is eam habet dexteritatem,
 quae bonum testimoniū efficit. Quum uero & acutissimus te-
 stis, qui rem omnem probare acerrime solet, hoc tamen non

◆ ◆ ◆

obstante mentiri atque alios decipere possit, secundo requiri-
tur, ut testis probus atque sincerus homo sit, qui, quae agno-
uit, profiteri fideliter didicerit.

§. IV.

Quotidiana nos docet experientia, multos inueniri
hominum, qui causa quavis moueri possunt, ut rem aliter
proferant, quam reuera accidit, & hinc mentiantur. Sin-
ceritas ipsis uoluntate ipsius nitiuit, qui uerum profiteri li-
bere studet. Omnes igitur ii eo confidentius ueritatem
confitebuntur, quo majores ac certiores sibi fruges de sin-
cera confessione promittunt, cum e contra alii facile moue-
ri possint, ut mentiantur, qui majora mala quam bona ex-
spectant, si, quod uerum, uellent profiteri. Ea enim, quae
nobis placent, quae nobis bona uidentur, eligimus, quae
uero mala, deraestamur. Innumerabilia fere motiva sunt,
quibus homo commotus falsum dare testimonium pro re li-
cita habet. Alii ob honorem adipiscendum, alii uero ob di-
uinitias sibi comparandas mentiuntur, licet quidem longe me-
liorem de rei ueritate cognitionem habeant. Hac ratione
saepissime fieri solet, ut homines ueritatem reticeant, &
contra loquantur commentitia. Magni interea res est mo-
menti, ut testis acutissime examineretur, ne nos decipiendi
occasionem accipiat. Signum itaque ponendum est, ex
quo, si quis habeat, cognosci queat, quod uero homo sit sin-
cerus. Primum definienda mihi est sinceritas, quam uirtu-
tem seu habitum agendi dicendique ea, quae menti nostrae
sunt consentanea, esse puto. Nunc uero probare annitar,
unde appareat, quod homo satis sincerus sit, & suae menti
agat consentaneum. Persuasum uero me habeo, quod ne-
mo eorum mentiri cupiat, qui Deum uere colunt, eumque
ex toto diligunt animo. Scio quidem, quod nemo ex indu-
bitatis

Sinceritas.

Uero sit.

Eius signa, pictas.

batis demonstrare queat principiis, hunc illumue hominem uere esse cultorem Domini, quia multi inueniuntur as-
 simulatores, qui saepe omnia religiosa atque sacra spernunt,
 licet Deum externe & ore confiteantur. Multi enim uel
 paupertate, uel uoluntate bene placendi, uel multis aliis
 modis se coactos uident, ut genua sua coram Jehoua fle-
 ent, a quo tamen cor atque uita eorum longe absunt.
 Dominus Jehoua tantum est, qui cordis hominum probare
 potest intimum. Cultus quidem externus, quem Deo pre-
 stamus, cultum designat internum, interea tamen a cultu
 externo ad internum certa atque indubitata non semper
 consequentia ualeat. Interea res etiam haec demonstratio-
 ne non indiger, sufficit, si rem ad maximam ueri similitu-
 dinem, quae modo possibilis est, redigimus. Omnis igitur,
 qui Deum probe agnoscit, eumque pie colit, non men-
 tietur, neminem decipiet. Praecepta pietatis pro uitae
 suae norma agnoscit, hinc contra meliorem suam cognitio-
 nem loqui, prudentissime uitat, ne Dominum Deum bene-
 factorem suum impiissime uiolet, eumque iracundia inflam-
 met inextinguibili. Pius igitur, qui dici uere potest, is
 necessariam sinceritatem possidet, quae ad testimonium dan-
 dum requiritur. Licet quidem talis probatio nequaquam
 dici possit, ut jam jam monui, mathematica, nos tamen eo-
 dem modo obligamur, ut testimonio satis probato fidem
 nostram demus, quam more mathematico. Sine fide nul-
 la stare potest hominum societas. Si igitur quis omnem
 plane tollere cupit fidem historiacam, una simul prodit,
 quod homo injuriosissimus fit, qui omnes praeter se pro de-
 ceptoribus habet. Fides historica absolute necessaria est,
 quia id, quod nos experiri possumus, minimum est. Ar-
 que sic obligamur, ut testibus, qui necessaria habent requi-
 sita,

sita, fidem nostram non denegemus, sed eorum nobis datum testimonium pro uero habeamus atque accipiamus. Plura de necessariis testis fide digni requisitis hic in medium non proferam, quia materia haec propriam atque accuratiorem tractationem requirit. Haec itaque sufficient, quae de teste fide digno in medium protuli, quia rem paucis tangere praeliminariter tantum uolui.

§. V.

Nemo sane uocabit in dubium, quin, quo majoris res est momenti, eo major industria adhibenda sit in probanda perquirienda ea, ne errores & falsiloquia pro ueritatis habeantur. In rebus quae leuioris sunt ponderis, negligentia quidem excusari potest, res uero de quarum cognitione multorum salus dependet, accuratori ac acutiori industria indigent. Quid uero Christianorum religione ex cogitari potest grauius, quid ponderosius? De religionis nostrae ueritate seu falsitate aeterna nostra dependet felicitas uel infelicitas. Christiani igitur omnino est, ut se de fidei nostrae ueritate certiore facere diligentissime annittatur, ut eam contra tot hostium defendere impetus fortissime ualeat. Quia uero omnis nostra religio libris diuinis seu scripture sacra nititur, necessum est, ut horum probetur librorum autoritas. Liceret quidem non absolute negare cupiam, quod ex ipsis libris sacris ratio quaedam ad eorum probandam firmamque autoritatem desumi queat, omnes tamen rationes istae non sufficient, ut contra omnes solidissime queat defendi scripturae sacrae autoritas. Ex aliis igitur & minus dubitatis demonstrandum principiis est, libros, qui diuini nominantur, Deum uere auctorem habere. Bibliorum sacrorum eorum nititur dignitate autoritas, qui ea nobis descripta reliquerunt, & illi sunt

Aposto-

Apostoli. Res, quas nobis ex inspiratione diuina descripsereunt, eorum contigerunt tempore, ita, ut maxima illorum pars rerum testes oculati fuerint, hinc opus est, ut viros hos, quoad eorum dexteritatem ac sinceritatem, examinemus, ante quam fidem iis nostram dare possumus. Res haec praecipue etiam nostris temporibus sana ac solida probatio indiget, quia plurimi inueniuntur, qui religionis Christianae ueritatem spernunt, denegant, & partim ex ini- scitia, partim ex malitia eam impiissime blasphemant. Sciuunt in uniuersum omnes, quod multi sint, qui scripturam sacram pro fabellis, Apostolos nero pro fanaticis ac turpissimis deceptoribus habent, qui ad testimonium dandum neque satis idonei neque satis sinceri fuissent. Examini- di igitur sunt Apostoli, testes diuinarum ueritatum religio- nis Christianae; & si quis probare Apostolos necessaria ha- buisse testium requirita ualeat, tunc una simul fidei nostrae sanctissimae demonstrata est ueritas. Meum iraque esse pu- to, ut id in sequentibus paragraphis efficiam.

§. VI.

Sub Apostolis in sensu specialiori duodecim Christi Iesu intelliguntur discipuli, quos Salvator noster sibi elegerat, ut per eos in omni mundo praedicaretur euangelium. Prae caeteris uero uirtutibus, uirtute alienas loquendi lin- guas edendique miracula exornati erant. Praecepta eo- rum fons dogmatum omnium uera euangelicorum sunt, quibus nostra aeterna nititur felicitas. Interdum etiam & quidem insensu latiori sub Apostolis septuaginta intelligun- tur uiri, qui in amplificanda ac docenda Christiana religio- ne una cum discipulis Christi cooperabantur. Sufficere hic mihi potest, si quaedam tantum praemitto, quae ad eos spectant discipulos, qui ob libros diuinos, quos scriperunt,

prae-

prae caeteris notatu digni facti sunt. Inter eos uero notandi sunt quatuor Euangelistae, ex quibus Matthaeus & Iohannes discipuli Jesu, Marcus uero & Lucas pro nonnullorum sententia, ex numero Septuaginta uirorum, uel ex aliorum opinione Pauli atque Petri cooperatores fuerunt. Quatuor iam dicti Euangelistae, uitam, facta ac mortem Christi Jesu nobis enarrarunt, unde & nomen, Euangelistae, acceperunt. De tempore, quo scripserunt, nihil certi habemus, licet quidem multi in eo consentiant, quod Matthaeus Euangelium suum omnibus caeteris prius, octauo felicet post Christi ascensum anno scripserit. Occasio, qna Euangelistae scripserunt moti, modo uario enarratur. Eusebius nos docet, Matthaeum Euangelium suum ex amore in Iudeos scripsisse; Chrysostomus, persecutiones Christianorum ansam praebuisse Mattheo, putauit. Marcum uero ex iussu Petri, Lucam uero ex Apostoli Pauli mandato historiam Christi Jesu salvatoris nostri descripsisse, idem commemorauit Eusebius. Iohannes uero euangelium suum praecipue contra haereticos, ut nemo facile negabat, scripsit. Praeter hos jam citatos scripserunt Paulus, Petrus, Jacobus atque Judas, quorum libri nonnulli Ecclesiis priuatis, alii singulis personis addicti, caeteri uero ad omnes aut plures scripti ecclesias sunt, unde & catholici uocantur. Horum igitur uirorum scripta canonem noui testamenti constituunt, alii uero, qui suppositiui nominantur, pro libris habendi canonis minime sunt. Erant autem Apostoli, si Lucas, qui medicus dicitur, & Paulus excipiuntur, qui in studia diligentissime accubuerat, homines, qui praeter naturale iudicium, eruditione ac doctrina plane omni carebant. Elegerat uero sibi Dominus pro summa sua sapientia Apostolos, ut immensum Christi Jesu filii sui unigeniti amorem erga

erga totum genus humanum nobis notum facerent, nosque de ordine adipiscendae nostrae aeternae salutis instituerent. His igitur breuiter de Apostolis praemissis, in tractatione mea progredior, & in sequenti probabo, Apostolos, religionis christianaue ueritatis testes, fide omni esse dignissimos.

§. VII.

Omni sane tempore nonnulli hominum fuerunt, qui de dexteritate Apostolorum, religionis nostrae testium, eo liberius dubitarunt, quo quidem & dementiores & insciatores fuerunt. Quamuis quidem non plane negari possit, quin etiam nonnulli religionis nostrae hostes inueniantur, qui nomen eruditorum omni mereantur iure, eorum tamen obiectiones, quas aduersus religionem christianam in medium protulerunt, nequaquam ita comparatae sunt, ut non dissolui solidissime possint. Omni etiam aetate suos coluit defensores christianorum religio, qui fidei nostrae ueritatem defendere, probare atque firmare summopere annisi sunt, inter quos, ut persuasum me habeo, Angli praecipue eminent. Quo quidem interdum obiectio quaedam tenuior fuit arque infirmior, eo tamen diligentiori, quia saepissime repetita est, refutatione indiguit. Inter uulgares aduersus christianismum obiectiones certe etiam ea locum haber, qua putatur, Apostolos homines fuisse maniacos, qui usu sensuum & iudicij priuati fuissent. Quo quidem dementior ac impior haec dici meretur obiectio, eo tamen minus religio nostra necesse habet, ut eam timeat. Non enim difficile est demonstrare contrarium. Omnis homo ex uerbis arque factis cognoscitur. Qui enim sapienter cogitat, loquitur ac agit, is homo sapiens ac prudens si neceesse est. Haec sunt signa, quibus qui gaudet, is ab homi-

B

ne

*Apostoli Lepis fidet
gen, apostole riuus sensuum
reueriq; sancto exi pollo*

Iniquition

ne deliro ac minus prudente distinguitur. Si uero ea ad Apostolos applicamus, inueniemus, quod sermones eorum nihil quidem artis humanae in se contineant, interea tamen de fâna eorum ratione, de sinceritate atque de ipsa illorum certitudine, quam de ueritatibus aluerunt, testari facillime possunt. Dogmata, quae docent, omnibus nota faciunt gentibus, certant cum doctis & non doctis, cum philosophis & aliis, nemo uero omnium horum falsi quid, seu errores in eorum sermone ualer detegere. Quis uero potest assequi, si imprudentes & homines deliri fuissent, quare nullus in tanta populorum copia fuerit, qui Apostolos accusare potuisset delirii? Contrarium quidem scimus, quod Apostoli doctissimos ueritatum Christianarum hostes rationibus firmissimis uicerint, ut ex Act. XVII, 22. 31. cap. IV, 14. clare patebit. Dogmata atque praecepta tanto animo, uirtute ac feruore contra dissentientes defendunt, ut cum Apostolis multi religionis Christianae hostium impiissimi consentiant. Alli ex populo praeceptis ac Apostolorum dogmatibus obediunt, pro norma nouae instituendae uitiae habent, & quum antea in uitia atque scelera accubuerint, jam uero omni uera uirtute, amore erga Deum & homines proficiunt. Si etiam acutissime dogmata atque praecepta, quae nobis descripta reliquerunt, examinemus, semper tamen fideliter profiteri cogimur, quod omnia, quae in illis obueniunt, de eorum animi praesentia, laetitia, sinceritate atque constantia optime testentur. Quae scripserunt, cum ratione humana, si uel acutissima esset, accuratissime conueniunt, & si homo uitam suam secundum eorum, quas nobis dederunt, uiuendi regulas instituit, bonus uocari Christianus jure meretur. Quis igitur Apostolos pro hominibus deliris atque maniacis habere potest? Eorum, qui

qui sana gaudent ratione, probitate ac sufficiente sinceritate, nullus.

§. VIII.

Nihil quidem interest, multine an pauci testes sint, qui de rei ueritate possunt testari: si enim unus uel alter, qui testimonium dat, decentia possideret requisita, testimoniūm ipsius ad ueritatem firmandam sufficit. Interea tamen, si multi de re una eademque testantur testes, res scitu manet eo facilior, quia plures occurrunt rationes, quod fallere testes ac decipere non potuerint. Matthaeus, Johannes, Judas, Petrus, Jacobus ex sodalito eorum erant, quos sibi Jesus uitiae ac dogmatum testes elegerat, qui proin omnes scire poterant, quae cum Christo Jesu hominum seruatore contigerant. Omnes hi unanimiter nobis uitam ac facta Christi enarrarunt, quae neque eodem tempore, neque iisdem eos scripsisse locis, affirmatur. Ad hos etiam pertinet Paulus, qui inscrita falli minime potuit circa fidei nostrae sanctissimae dogmata, namque profiteretur, quod ei ab ipso Jesu in coelo regnante omnia reuelata fuerint, qui praeterea eo minus etiam decipi potuit, quo magis ipsius ante conuersionem suam in Christianos fuerat odium. Marcus atque Lucas, cooperatores Petri ac Pauli, non minus dant fide dignum testimonium, quibus uita atque facta Christi Jesu ignota esse nequaquam poterant, praecepit, cum, ut fertur, ex Petri ac Pauli Apostolorum mandato scriperint. Cum Apostolis uero ac Euangelistis plurimi alii conueniunt, de quibus, testes factorum Christi Jesu fuisse, affirmatur. Paulus inquit i Corinthus. XV, 6. quod Christus Jesus fuerit uisus amplius quam quingentis fratribus simul, quorum multi usque tunc supersint, quidam uero obdormiuerint. Unusquisque igitur, ut per-

item plures numero.

◆ ◆ ◆

suasum me habeo, facile confitebitur, testium multitudinem omnino multum ad testimonii veritatem magis magisque firmandam conferre, praecipue si quis secum cogitat, quod longe sit facilius, duos seu tres testes aut falli, aut posse eos alios fallere, quia nihil res habet periculi, quod de narranda ea inter se conuenire possint. Multis erno si res nota est, uix ac nequidem uix fieri poterit, ne omnis facillime fraus detegatur. De pluralitate testium interdum omnino ad veritatem rei ualer consequentia, atque sic scripturae sacrae multitudine testium augescit veritas.

§. IX.

Distinguendus omnino est testis auritus a teste oculato. Testis auriti testimonium simul dexteritate ac sinceritate testis oculati inititur. Si enim testis oculatus aut ipse deceptus est, aut fallere testem auritum uoluit, testis auritus sincerissimus esse potest homo, hoc tamen non obstante alias decipiatis, necesse est, quia ipse deceptus est. Maxima testium pars, qui nos de religionis nostrae sanctissimae veritate certiores fecerunt, testes sunt oculati, qui profiteri libere poterant, quae oculis nostris uidimus, quae manibus testimimus, de iis testamur. Si enim multi eorum sunt, qui nos certiores faciunt, quod, quaecunque acciderunt, oculis uiderint, uniuscuiusque sapientis est, ut testimonio aut fidem habeat, & pro uero accipiat, aut quare de testimoniorum ueritate dubitare cupiat, rationem proferat. Sine sufficiente enim ratione quid negare, despiciens ac hominis insciis est. Quaedam citabo dicta, e quibus facillime illucesceret, quod apostoli & multi ali testes fuerint eorum omnium, quae cum Christo Iesu contigerant, & quod resurrectus sit a mortuis, in coelumque post quadraginta dies ascenderit. Lucas Actor. I, 8. dicit: *Quibus,* (Apostolis scili-

*Tunc duximus, d.
qui ex aliorum ore
dicta et facta Christi
accipit.*

Uita Iesu prouincia.

scilicet) etiam se ipsum exhibuit uiuentem post passionem suam per multa indubitate signa, per dies quadraginta conspectus ab ipsis, & dicens iis de regno Dei. Joh. XX, 30. Multa vero etiam alia signa edidit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in hoc libro. Joh. XXI, 5. Acto. I, 9. IO. II. Luc. XXIV, 24. 36. Haec igitur & alia scripturae sacrae loca sufficienter probant, Apostolos testes fuisse, & resurrectionis, & ascensus Christi in coelum, oculatos. Quis uero ex sapientibus sibi persuadere poterit, quod omnia haec, de quibus nos certiores fecerunt, nullibi nisi in eorum cerebro locum habuissent. Vix persuasum me habere possum, quin possibile fuerit, ut nonnulli de omnibus iis, quae nobis enarrarunt confidentissime Apostoli, reuera dubitare & pro fraude habere omnia potuerint. Per quadraginta dies conuersationem cum Christo alunt, comedunt cum illo, libros diuinos explicatos ab eo accipiunt, oculis eum in coelum accipi uident, Angeli quidam, qui adstabant, affirmant, quod aliquando hic Jesus, qui in coelum adscenderit, sic redditurus sit, quemadmodum eum in coelum euntem uidissent. Uera igitur omnia sunt, de quibus testati sunt Apostoli, & licet quidem momenti plane nullius ea sit objectio, quod scilicet praejudicium Apostolos fefellerit, nihil tamen repetita nocere poterit refutatio. Hinc nonnulla in sequenti monebo paragraphe, e quibus facile colligi poterit, Apostolos non potuisse ex praejudicio falli.

§. X.

Sub praejudicio nihil aliud intelligendum est, quam judicium erroneum per praecipitantiam latum. Objici potest Apostolis, quod facta atque uitam Christi non satis prudenter examinascent, sed ex praecipitania fidem Christi

Praejudicio vacui,

sto habuissent, atque ipsius opera pro diuinis accepissent.
 Lubentissime quidem profiteor, hanc objectionem plane
 nihil esse, quum ex omnibus ante prolatis clare pateat,
 hanc minime quadrare objectionem in Apostolos. Interea
 nonnulla tantum breuiter proferam, e quibus patebit, hac
 objectione nihil contra nos posse effici. Is praeceptoranter
 agit, qui sine ulla probatione ac ratione rem pro uera ha-
 ber, qui uero, postquam rem accuratissime ac diligentissime
 perquisiuit, si eam ueram esse inuenit, eam non abnuit,
 is ut sincerus atque probus homo agit. Quod uero Apo-
 stoli Christum non sine ratione pro uero Messia habuerint,
 sciunt in uniuersum omnes, qui Apostolorum scripta lege-
 runt. Non persuasione eos mouit saluator noster sanctissimus,
 ut in eum crederent, sed rationibus, dogmatibus,
 signis, miraculis conuicuit plurimis. Majori uero jure nos
 contra aduersarios nostros hac uti objectione poterimus,
 quod scilicet aduersarii nostri in omni hac dijudicanda re
 praeceptorantissime egerint. Inter omnes constat, Aposto-
 los, ueritas fidei nostrarae testes, fuisse Judaeos, qui se totos
 persuasos habebant, Messiam uenientem in mundum, re-
 gnum Judaeorum contra gentiles esse constituturum, unde
 nihil minus credebant, quam quod Christum mori & cruci
 affigi deceat. Hanc opinionem a teneris annis aluerant,
 unde & longe difficilius erat, ut hanc relinquere potue-
 rint sententiam. Nemo enim praeceptoranter agit, si de-
 negare suam opinionem & obtinere contrarium cogitur.
 Quantam uero hinc Christus adhibuerit operam, quantam
 que diligentiam, ut ex animo discipulorum suorum prae-
 conceptam de se euellere posset opinionem, litterae diuinae
 dilucide affirmant. Quod uero Apostoli, & primus
 eorum, Petrus, nunquam de Christo Iesu praeconceptam
 opinio-

opinionem penitus amiserint, clare patet ex Marc. XVI, n.
13. 14. Luc. XXIV, n. 12. 19. 24. Joh. XX, 25. Haec dicta
fusſcienter probant, quod Apostoli usque in mortem Chri-
ſti in incredulitate in multis perſeuerauerint; licet quidem
per ſe facillimum fuerit, ut de omnibus, quae Christus do-
cuerat, conuinci potuiffent, quia dogmata atque praece-
pta ejus tot tantisque fundata erant miraculis. Tanta Ar-
poftolorum incredulitas erat, ut nequidem iis habere fi-
dem uellent, qui Christum poſt resurrectionem uidiffe af-
firmabant, unde & ipſe Christus commotus, de increduli-
tate eos maxime objurgauit, eosque longe feliciores eſſe
dixit, qui, quamuis non tot ſigna ac miracula uiderint, hoc
tamen non obſlante, ueritatem parato animo acciperent.
Atque ſic tota eorum labefactata eſt objecio, qui ſine illa
obtinere ratione cupiunt, Apoftolos in affumenda de Chri-
ſto fide ex praecipitania ſeu ex praejudicio egiffe. De-
monſtrata uero dexteritate Apoftolorum, requiſito testimoniū
necessario, ad alteram partem, quae bonum teſtem efficit
progredior, qua probabo, Apoftolos homines fuiffe ſince-
riſſimos. Id quod ſequentes euincent paragraphi.

§. XI.

Scimus in uniuerſum omnes, quod is, qui de rei ue-
ritate probe instructus eſt, ſaepiſſime tamen non libere, ut
ut agnouerit ueritatem, eam proſteatur. Omnes ii, qui
minus probi ſunt, ueritatem celant, qui uero pii, nunquam
mentiuntur. Licet quidem objicere quis mihi ualeat, li-
cirum eſſe interdum, ut quis ueritatem plane omnem de-
neget, aut tamen de ea faceat, ille uero contra me non di-
ſputabit, quia fermo mihi de teſte eo eſt, a quo caeteris
paribus requiri ac desiderari poteſt, ut ueritatem teſtimoniū
no

*Præteri, ab initio a huius
littera genita p. 7.*



li

nio obsignet, uel qui ipse obligatur, ut ueritatem probe agnitam publice profiteatur. Apostolos uero probos atque sinceros fuisse homines, ex ipsorum scriptis ac primorum seculorum clare patet testimoniis. Nullus sane, eorum qui scripta legit, neque minimum aduersus timorem Domini Apostolorum non fucatum proferre in medium poterit, ex quo posset consequi, homines fuisse stigmata notandos. Omnes ii, qui simulationes accusare uolunt Apostolos, uel quod turpis lucri fuissent cupidi, produnt, quod nunquam eorum scripta atque epistolas legerint. His objectionibus plane eorum obstant dogmata atque praecepta, qui omnibus iis male dicunt, qui turpis lucri causa decipere haud erubescunt. Ponamus interea, quod decipere uoluerint, nullus tamen neque minimam dare rationem poterit, quare hoc fecerint. Propter constantissimam eorum Christi Iesu ejusque dogmatum confessionem summo odio atque opprobrio affecti sunt; si uere hoc tam non obstante uoluiscent mentiri, sans mente plane destituti fuissent, id quod probare nemo ualet. Omnis enim qui agit, agit ut finem aliquem prosequi queat, hinc meum esse duco, ut euincam, Apostolos si mentiri uoluiscent, nullum potuisse finem consequi. Multi quidem objecterunt quod honoris & turpis lucri cupidi fuissent, & hinc talia de Christo figmenta proferre in medium commori essent. Quo quidem certius est, quod ipsorum experientia facilime de contrario certiores facere potuissent Apostolos, quia plane omnibus, quae ad uitam humanam pertinent, commodis caruerunt, rem tamen diligentius perquiram, ut euincam, plane fuisse impossibile, seu honoris seu turpis lucri causa potuisse mentiri Apostolos.

§. XII.

§. XII.

Honoris causa non mentiri potuerunt Apostoli. Si enim inter homines honorem ac dignitatem sibi uellent acquirere, necessum omnino erat, ut praecpta ac dogmata, quae auditores docebant, pro aptissimo habuerint prosequendi finem medio. Fieri enim nullo modo poterat, ut potestate seu ordine, in quem prouidentia diuina eos posuerat, honorem sibi acquirere potuissent & gloriam. Scimus enim, quod piscatores & homines ultimi ordinis fuerint, quibus talis opinio ne quidem venire in mentem potuit. Atque sic necessum est, ut obtineamus, quod de eorum dogmatibus talem expectare effectum potuerint. Dogmata uero Apostolorum eo redeunt, ut Christum cruci affixum, quem aedificantes reprobarunt, hominibus annunciant, eosque adhortarentur, ut Christum pro Messia, a Deo patribus olim promissum, acciperent, in eum crederent, atque pro fundamento omnis nostrae uerae aeternae salutis haberent. Docent Apostoli, decere Christianum, ut omnes libidines, mundum & quae in eo sunt, denegent, hostibus atque osoribus suis benedicat, Christum ex toto animo sequatur, eumque ex omnibus uiribus colat atque diligat. Omnia haec Apostolorum dogmata, quorum ut plura in medium proferam, non opus est, cum praeconcepta Judaeorum de Christo ejusque mundano regno opinione, minime conueniunt, quae praeterea etiam moribus ipsorum peruersissimis plane obstant: namque libidinibus, odio ac omnibus flagitiis atque sceleribus omnem mentem ac animum Judaei addixerant. Insani fuisse Apostoli, si persuadere sibi potuissent, quod ab iis magni aestimarentur, qui doctorem eorum Christum occiderant, & qui sibi quasi officium fecerant, ut omnes

C

eos

liberi a pavidio fierent

eos e medio tollerent, qui Christianismo pio animo erant dediti. Omnes populi, inter quos uitam egerunt Christi discipuli, Iudei, Romani atque Graeci, Apostolis aduersabantur, eosque summo persequebantur odio. Nemo igitur nobis persuadere potest, quod Apostoli honoris causa decipere nos annisi sint. Sapientis est, ut ab iis honorem petat, quorum a se non abalienata voluntas est. Praeterea copia christianorum in tribus primis seculis propter grauisimas persecutions adeo erat exigua, ut honor, quem a christianis adipisci potuissent, plane nullius fuisset momenti. Apostoli neque honoris studii neque turpis lucri cupiditatis accusari possunt. Ultimum copiosius in sequenti paragrapfo demonstrabo.

§. XIII.

Altera obiectio ea est, quod scilicet Apostoli turpis luceri seu commodi causa fallere nos uoluissent. Non repeatam ea, quae in antecedente protuli paragrapfo, licet quidem unis iisdemque rationibus hanc refutare possem opinionem stolidam. Perpettiones Apostolorum nos de contrario facile possunt certiores reddere. Numerus eorum, qui propensi erant in Apostolos, adeo exiguus atque parvus fuit, ut bona ab iis exspectare minime potuerint. Non sufficienter mirari possumus, quantas perpettiones atque afflictiones libere suscepserint Christi discipuli, quia res facilissima ac certissima erat, quod maximis praemiis atque honoribus, si plane tacuissent, affici potuerint. Haec uero omnia abnegant propter veritatem; & opprobrium, mortem atque odium pro lucro habent, ut glorificaretur Christus. Interea omnis etiam obiectio plane absurdia est, quia bene agnouerunt Christi discipuli, quod, si Christum confiteri vellent, homines fieri deberent in hac uita infelicissimi.

Claris

Mené a Mndia lucr;

Claris uerbis eorum magister Christus, iis praedixerat, quod deceat, illos ob nomen Christi Jesu pati. Joh. XVI. loquitur Christus: *In mundo habebitis afflictionem*, & cap. eod uer. 2. *Ino uenit hora, ut omnis, qui occidet uos, putet, se cultum offerre Deo.* Hanc uero prophetiam Christi abundantissimo modo fuisse impletam, nullus negare poterit. Paulus inquit ad Rom. VIII. 36. 37. *Propter te morti tradimur omni die, habiti junus ueluti oves maculationis.* 1Corinth. IV, 12. *Usque ad praesens tempus esurimus & sitiimus, & nudi sumus, & colaphis caedimur, & incertis sedibus erramus, & laboramus, operantes propriis manibus, conuicis affecti bene precamur, persecutionem patientes sustinemus.* 1Corinth. XV, 30. *Cur etiam nos pericitamur omni momento?* In dies morior; & in eodem capite uer. 19. *Si in hac uita tantum speramus in Christum, miserrimi omnium hominum sumus.* Haec dicta clare docent, quantis perpeccutionibus obnoxii fuerint Apostoli, hoc uero non obstante constantissimi manserint animi. Probatum nunc est, quod Apostoli neque honoris, neque turpis lucri causa, mentiri uoluerint, quia pro honore ignominia & opprobrio, pro commendo ac lucro paupertate ac egestate maxima affecti fuerunt. Quo quidem & ipsis fidei nostrae sanctissimae testes certiorem de iis, quae docebant, cognitionem habuerunt, eo maiorem etiam adhibuerunt diligentiam, ut & auditores suos ad discendum ueritates iisque pie obediendum mouere possent. Ex omnibus eorum pietas, probitas atque sinceritas elucefunt. Si igitur fidem suam quis denegare uellet Apoftolis, necessum esset, ut fibi persuadeat, homines fuisse eos impiissimos. At ex sequenti clare patebit contrarium.

*Testimonio in iure iurata,
do ob signares.*

Jusjurandum signum est ueritatis, ex quo cognoscimus, num homo mentiri, an profiteri ueritatem uoluerit. Qui igitur jurat, Deum tanquam testem & uindicem inuocat. Juramentum hinc nihil aliud est, quam prouocatio uindictae diuinae, sub conditione mendacii aut perfidiae, justam ob causam legitime facta. Maxima atque sanctissima omnis religionis pars juramentum est, quae adeo necessaria est, ut sublato juramento, neque ciuilis neque Christiana stare queat societas. Necessum uero est, ut omnis, qui jurat, Deum uere existere, certe credat, sequere de ueritate, dari prouidentiam diuinam, certissimum fecerit. Si enim is, qui jurat, haec denegat dogmata, pro despiciensissimo habendus est, quia aut omnium sacrorum irrisor, aut summo debet gradu esse inscius. Sciant & hinc sane in uniuersum omnes, quod nullus Atheus ut Atheus jura-re possit. Omnis igitur, qui ueritatem juramento ob signauit, probandus est, an forsitan Atheus homo uel inscius, uel delirus fuerit, & si hoc effici potest, tunc nostrum est, ut omnem ei fidem nostram plane denegemus. Quamdiu uero neque unum neque alterum probari potest, ad fidem ei habendam obligamur. Apostoli, licet quidem non eo pari modo testimonium juramento ob signauerint, ut apud nos in consuetudine habetur, testimonium tam-en illorum cum juramento unum cundemque ualorem haber. Jehouam testem atque uindicem inuocant, quod non mentiantur, sed ueritatem probe profiteantur. Paulus inquit: testis est meus Deus. Si igitur non homines sceleratissimi fuerint, quod copiosius in sequenti refutabo, sequitur, ut pro religiosissimis eos habeamus hominibus. At non juramento ueritatem tantum ob signant, sed facul-tate

tate etiam edendi miracula praediti sunt. Pater hoc dilucide ex Actor. III, 6.7. ubi Petrum claudum sanum fecisse, affirmatur. Praeterea testimonium, quod dederunt Apostoli, eo loco atque tempore dederunt, quo, quae cum Christo contigerant, facta erant. Quo itaque certius est, mortem saluatoris nostri omnibus satis notam fuisse, de quo nullus nisi inscius dubitabit, eo certius etiam est, quod totam rem unusquisque pro lubitu accuratissime perquirere potuerit. Neque etiam est dubitandum, quin factum sit, quo majoris momenti ac ponderis ista omnia fuere. Ii, quibus Apostoli, quae audierunt, quae uiderunt, nota faciunt, non sunt homines ultimi ordinis, sed principes Judaeorum & gentium. Coram toto Judaeorum Synedrio confidentissime confitentur, Christum Jesum, quem sacerdotes & Judaeorum principes interfecissent, Messiam fuisse, uere Deum, filium Dei excelsi, & saluatorem totius generis humani. Caput Actor. quartum rem nostram optimè probare potest. Petrus ibidem coram toto Judaeorum Synedrio liberrime confitetur, Christum Jesum e mortuis esse resuscitatum, & quod in nullo alio salus, neque aliud hominibus nomen datum sit, in quo seruari possent, nisi in nomine Christi Jesu. Nihil hic de aperto timet testimonio Apostolus, & quo liberius ac confidentius de Seruatore nostro dedit testimonium, eo tamen minus de mendacio ac testimonii falsitate conuincere eum ualeat Synedrium. Consilio enim a Synedrio capto, uocant Apostolos, iisque praecipiunt, ne in uniuersum enunciarent, neque docerent in nomine Jesu. Omnia, quae hic protuli, Apostolorum pie-tatem atque sinceritatem euidentissime comprobant, nosque de eorum uirtute conuincunt.

§. XV.

Quo quidem diligentius, quo acutius atque accuratius Apostolorum perquireremus sinceritatem, eo maiorem ac firmorem rationem inueniemus, qua uere conuicti lumen profitebimur, eos, qui se discipulos Christi Jesu, seruatoris hominum omnium, nominarunt, homines piissimos atque sincerissimos fuisse. Si igitur Apostolis neque pietatem neque conscientiam denegare possumus, quod & ex sequenti clare patebit, nostrum est, ut contra eorum probitatem non dispudemus, quia alias in eos homines esse injuriosissimi. Religiones, ea quidem quam a teneris annis confessi erant, ut & haec, quam nunc confitebantur, omnibus iis comminatur interitum, qui mendacium & falsum testimonium sequuntur. Res haec ex oraculis diuinis euidentissime probari potest. Salomo Proverbiis XIX, 9. inquit: *Tetris mendaciorum non innocens erit, & qui profert mendacia, peribit.* Cap. XII, 22. *Abominatio Iehouae sunt labia mendacii.* Paulus inquit Ephes IV, 25. *Quare deponite mendacium, & loquimini ueritatem quilibet corum proximo suo.* Apocal XXII, 15. 16. *Foris sunt canes, -- -- & omnis, qui amat & facit mendacium.* Haec sunt effara Iudeorum & Christianorum, e quibus clare patet, quod bene scieriat, omnes eos grauissimo esse persequendos odio, qui amant & faciunt mendacia. Si quis uero, hoc non obstante, sibi persuadere uellet, quod deceptores fuisserint Apostoli, licet clare docuerint, quod nulla pars omnibus iis in futuro regno sit, qui mentiuntur, Apostolos pro impiissimis habeat, necesse est. In nomine Iehouae sanctissimi, coram cuius oculis omnia nuda atque detecta sunt, poenitentiam ac peccatorum remissionem praedicant, iisque omnibus annunciant, qui eorum dogmata atque praece-

praecepta uera fide accepturi essent. Crucis affixum Christum Iesum filium esse Dei excelsi dicunt, qui sederit ad dextram Patris sui, & qui uenturus sit iudex mortuorum & uiuentium. Si haec omnia mecum perpendo, tremor & terror mentem meam occupant, cogitare, Apostolos irrisores seu deceptores fuisse, homines infelicissimos. Usque ad mortem Apostoli in fide perseverant, neque minimum de confessione abeunt. Si igitur mentiti sunt, turpissimi maiestatis atque honoris diuini uiolatores fuerunt, qui a Jehoua nihil nisi vindictam grauissimam, atque supplicium mortis aeternae, expectare possunt. Si ita egissent Christi discipuli, Atheos eos fuisse credendum est, homines indolis peruersissimae. Subsequens uero paragraphus contrarium probabit, unde clare patebit, eos homines esse impios, qui malitia accusare Apostolos haud erubescunt.

§. XVI.

Momentum dogmatum Apostolorum paucis tantum rangam, tunc omnis clare eorum patebit error, qui Apostolos nostrae fidei sanctissimae testes pro hominibus nullius habent pretii. Omnia quae docuerunt, co redeunt, ut nobis aeternum, immensum atque ineffabilem Dei amorem, quem ante fundamenta mundi in nos habuerit in Christo Iesu, filio suo dilecto, notum faciant, nosque instruant, quod nulla sine Christo uera cogitari queat felicitas. Nos igitur docent, quod omne genu coram Christo Iesu flectere se debeat, omnisque profleri lingua, quod Christus Iesus, quem Jehoua resuscitauerit, Dominus sit super omnia exaltatus. Liberius confitentur, quod sine uitiae morumque emendatione & sine sanctimonia nemo Dominum uidere queat. Undique nos docent, quod animae

*Dorens Janellissima
dogmata.*

mae nostrae status, quo in aeternum superstes maneat, de
hac uita dependeat. Hinc annituntur, ut mouere omnes
possint, ut Christum atque promeritum ipsius uera appre-
hendant fide, quia plane sit impossibile, ut sine fide quis
Jehouae placere queat. Profitentur omnibus, futurum
esse extreum judicium, quo unusquisque pro operibus
suis accepturus sit, pro ut ea fecerit, siue sint bona, siue ma-
la. Omnem hinc adhibent operam, ut seruari possent, si
sit possibile, in uniuersum omnes. Nullam inanem pre-
termitti occasionem patiuntur, quae satis erat idonea, ut
regnum Christi, cuius erant discipuli, amplificari queat.
Efuriunt, sitiunt, amictu carent, uigilant, opprobrium,
caluniam, imo mortem crudelissimam lubentissime ac for-
tissimo patiuntur animo, ut animas hominum sanguine
Christi Iesu pretioso redemptas, lucri facerent. Quaeque
uero docuerunt, exemplo suo atque tota probarunt uita.
Plane & hinc persuasum me habeo, quod quilibet, qui ob-
iicere audet, Apostolos Atheos suisse, neque, quid loqua-
tur, intelligat. Est quidem Atheorum, ut simulent & dissimulent,
id tamen seu ex timore, seu honoris cauſa, uel
nescio ex qua faciunt ratione; interea nullus talis docebit
dogmata Atheus, nullus talibus motiuis ad Deum timen-
dum uenerandum eum suos impeller auditores seu le-
tores Atheus. Multo uero minus mala quaevis, oppro-
brium, egestatem ac mortem crudelissimam libere susci-
piet, & quidem eum in finem, ut aliis & sibimet ipsi ui-
tam aeternam comparare queat. Id reuera in se contra-
dictionem inuoluit, nullam enim post mortem aliam ui-
tam credit. Patebit igitur ex his, quod Apostoli homines
pii ac probi fuerint, quibus nullus non fucatum amorem
& timorem Domini abjudicare ualeat, si etiam tela sua in
uene-

uenenum ac acerum imbuat. Jure hinc obtinere puto,
quod omnes ii, qui Apostolis abjudicare uolunt genuinam
pietatem, hostibus primis Christianismi longe peiores sint,
quia impietatis Apostolos non accusarunt Christianismo
uel inimicissimi.

§. XVII.

Quod non accusare Apostolos sceleris siue flagitiū
hostes portuerint religionis nostrae inimicissimi, ex eorum
concludo silentio. Omnes quidem sciunt, quod saepissime
Christianismi hostes discipulis Christi grauiissime com-
minarentur, eosque maximo afficerent opprobrio; nemo
uero eos malitiae seu sceleris accusauit. Interea non hu-
meris meis id tantum imponam, unum tantum ex Gro-
tio citabo locum, qui unam eandemque defendit senten-
tiā. Inquit uero in tractatione sua, de ueritate religio-
nis Christianae libr. III. pag. 51. editionis, quae Basileae
clo IaccXXXII. in lucem uenit: „Impium facinus de illis
„credi uerant & dogmata pietatis ubique plenissima, & uita
„ipsorum nunquam ullius mali facinoris accusata ne ab ini-
„micissimi quidem, qui solam illis imperitiam objiciunt,
„quae non est nata falsimoniam parere. „ Res haec proba-
ri eriam potest Actor. IV, 10. & quidem ex tōta de sanato
claudo historia. Profertur sacerdotes, Apostolis dimis-
sis, cum hominem sanatum intuiti sunt, quod nihil contra-
dicere haberent. Imo uer. 16. aiunt, quod negare non
possent. (Dederunt itaque, de miraculis, quae egerunt A-
postoli, eorum hostes testimonium fide dignissimum.) Postquam uero ceperunt consilium, uocant Apostolos, ue-
tantque iis, ne in Christi Jesu nomine docerent, uer. 17. 18.
Nihil uero hic inuenitur, e quo patere posset, quod uitii
seu malitiae accusati essent Apostoli. Omnes uero sciunt,

D

quod

Sceleris immunes.



quod ii, coram quorum steterunt tribunali Apostoli, hostes Christianismi crudelissimi, & iidem fuerint, qui Christum Jesum cruci affixerant. Nullam inanem praetermisserunt, Christianis affingendi flagitia, occasionem, Judaei, quia & optimum erat medium, ut Christianis atque Apostolis odium populi pararent, si populo persuaderent, discipulos Christi deceptores & homines esse perniciios. Interea efficere id non possunt, praecipue hac uice, quia factum Petri Apostoli toti populo & undique notum erat, & quia se ipsos de facti ueritate uidere conuictos coguntur. Unum his omnibus, quae de Apostolorum sinceritate in medium protuli, tantum addam locum ex Grotio, qui in eodem libro jam jam citato atque capite inueniri potest, & qui, ut opinor, sinceritatem Apostolorum non minus probabit. Grotius ibidem inquit: Quodsi uel minimum quid in ipsis fuisset malae fidei, non ipsi suas culpas aeternae memoriae proddidissent, ut de omnium fuga in Christi periculo Matth. XXVI, 31. 56. de Petro ter negatore. Matth. XXVI, 69. & sequentibus; Marci XIV, 66. & sequentibus; Lucae XXII, 54. & sequentibus.

§. XVIII.

Atque nunc demonstrauui, Apostolos testes religionis nostrae Christianae fide esse dignissimos. Non pro mathematica demonstratione probationem meam habeo, hoc etiam nemo desiderare potest, & nullus praestabit. Obligamur itaque in uniuersum omnes, ut fidem nostram Apostolis non auferamus, nisi antea contrarium de eo, quod demonstrauui, probatum est. Licet quidem me non persuasum habeam, quod omnes objectiones, quae aduersus Christianismum prolatae sunt, refutauerim, quod neque ob

ob temporis dati spatium, neque ob breuitatem mihi ipsi impositam, fieri potuit, facile tamen ex iis, quae breuiter monui, eniteſcere poterit, objectiones Christianismi aduersariorum nihil posse religionis noſtræ ueritati nocere. Omnes uero eorum objectiones me non tangunt, qui proxime contra religionis Christianæ ueritatem disputarunt, quia probare mecum tantum conſtitui, Apostolos discipulos Christi Jesu bonos, probos atque sinceros fuisse homines, qui ea, quae audierunt, quaque uiderunt, testimonio testati sunt fide dignissimo. Si igitur finem meum aſſequi potuerim, ex animo mihi gratulor, si uero minus, lectors beneuoli ea, quibus defeci, pro eorum doctrina atque humanitate benignissime explebunt, quibus me deuotissime commendabo. Praecipue uero iis, quibus hanc addicere tractatiunculam ausus sum, fauſta atque prospera a larga Diuini Numinis gratia ex animo decentissime appreco. Seruet eos supremus terrarum arbiter, eosque in multorum annorum ſeriem conſeruet proſperos, fortunatos atque felices. Largiatur illis Dei omnia protegentis gratia uires corporis atque animi, ut & eorum diligentia ac institutione, noſtræ conſeruari religionis ueritas, & cotidie magis magisque confirmari queat. Arque ſic Vos, Viri summe Venerabiles! Jehoua pro uniuersa sua benignitate ac gratia in munere uastro clementissime ſuffulciat, uobisque animi constantiam ac omnem uirtutem ad defendendum honorem diuinum ejusque amplificandum regnum caeleſte, largiſſime ſuppeditet, ut nos auditores una uobis cum conſeruemur doctoribus, uitamque aeternam a Christo Jesu nobis partam, ex gratia adipiſcamur.

DOCTISSIMO
AVCTORI HVIVS DISSERTATIONIS

P R A E S E S.

Reddo **TIBI**, DOCTISSIME IVVENIS, dissertationem a TE ipso ita elaboratam, vt tum affectum tuum, quo erga sanctissimam Christi religionem animatus es, dilucide prober, tum vero eruditonem tuam, quae discipulorum Christi dexteritatem & aptitudinem non minus, quam integritatem & sinceritatem in testando euangelio, euicisti, sufficienter prodit. Nec dubito, quin haec TUA tractatio placitura sit, vt lectoribus quibusvis piis & religiosis, sic Patronis TUIS praeципue, quibus diligentiam TUAM, sanctioribus studiis hucusque impensam, hoc specimine commonitrare voluisti ac debuisti. Nihil adieci, aut immurauit: vi labor tuus maneret ex toto, non meus esset ex parte. Ceterum gratulor TIBI hanc TUAM operam, optans, vt veritates theologicas viua & efficaci cognitione porro sic haurias, vt & ipse testis illarum propria experientia esse quas, & pro modulo licet nostro, dicere cum Apostolis ex Ioh. I, 3. Quod vidimus & audiuimus, (per experientiam,) annunciamus vobis. Faxit DEVS per Christum! Scripsi in Academia Fridericana die IV. Martii A. d^rc lcclx.

AESTV.

AESTVMATISSIMO KAHLIO

IO. AVG. NOESSELT, A.M.

S. D.

Non sunt adeo frequentes, qui cum summo litterarum studio similem in virtute contentionem coniungunt, ut applaudere **TIBI** KAHLI AESTVMATISSIME, non debeam, cuius in vtraque re & spector & factor per omne fere a **TE** in academia transactum tem-
pus extitit. Neque vero **TIBI**, quem scito mihi propterea semper carissimum fuisse, si a laude mea quidquam **TIBI** posset vel emolumen-
ti vel incitamenti ad huius studii perpetuitatem accedere,
negarem hoc amicitiae officium; sed ad illud maioris habes aucto-
ritatis testes alios, in primis **PRÆSIDEM TVVM** annis meritisque a-
pud omnes venerabilem, & ad hoc tantum in **TE** ipso scio virutis
esse, vt, si quid dicere hanc in rem velle, nihil dixisset, nisi illud,
quod **TE** praeudio optime præstiturum. Itaque & **TIBI** tam
feliciter decursum academiacus stadium ac dissertationem, qua de-
fendenda ad metam tendis, & patriæ **TVAE**, tot præclaris inge-
niis illustri, mihi denique **TE** gratulor, quem memini in di-
gentissimis auditoribus meis esse; Deumque O. M. rogo, vt vir-
tutes studiaque **TVA** ciuitati suae longe auspiciatissima esse iu-
beat. Quibuscumque vero possim, rebus, non dubitato, me
TIBI eriam absenti commodaturum, ac memoriam meam si **TIBI**
caram seruaueris, mihi **TE** gratissimum esse facturum, certe exi-
stimo. Vale. Dabam d. XVII. Martii MDCCXLX.

VIRO PRAENOBILISSIMO
AVCTORI DISSERTATIONIS DOCTISSIMO
AMICO SVO SVAVISSIMO

S. P. D.

I. ROEHRICHT, S.S. THEOL. CVLT.

Ingratus merito viderer, AMICE DVLCISSIME, nisi communibus
amicorum TVORVM congratulationibus, quibus hodie **TE** exci-
pient,

E

DFG

pient, & meas qualescumque addere voluisse. Et tanto id libenter facio, quo maior **TVA** in me semper fuit benevolentia, & quo plura extant sincerioris **TVI** erga me animi documenta, quibus me prae multis aliis ornare voluisti. Grata ego ea omnia, ut debo, mente agnoscō, & tortus laetitia perfundor, quando hodie seſe mihi occasio, diu abs me multumque exoptata, obtulit, ubi significare, quodam certe modo, possum, quam valde **TE** amem, quantique familiaritatem **TVAM** faciam. Poscere enim hodie a me videtur, quae mihi **TECUM** est, amicitia, ut **TRI** felicissimos studiorum **TVORVM** successus, & insigne ingenii diligentiaeque specimen, orbi literario abs **TE** traditum, concinne sane doctissimeque conscriptum, non solum in peccore, sed etiam modo gratularer paulo solemniori. Poscit etiam noua **TVA**, nec opinata, in me benignitas humanitasque, qua me ad munia aduersarii suscipienda beneuelle inuitasti. Haec itau equidem primum, imbecillitatis meae, & cum parum sit, quod humeri possint, satis conscientia, atramen prorsus deesse invitationi **TVAE**, quae ipsa nouam in me benevolentiam spirabat, nefas esse duebam. Audaciam itaque magis in me, quam ingratum erga amicorum integerrimum animum taxari patiar. Nihil praeterea restat, quam ut Deum O. M. implorem, ut **TIBI** vitam viresque largissime condonare velit, **TVOS**que conatus & in posterum felicissimos faustissimosque esse inbeat. Faxit etiam benignissimum numen, ut tandem, pietate & eruditione praefans, in patriam redux, diligentiae **TVAE** fructus experiaris largissimos vberrimosque. Et sic Parentis **TVE**, *Viri summe venerabilis & de Patria, & Ecclesia supra, quam diei potest, meriti, simillimus aliquando existes, & eo ipso omnium bonorum expectationi non satisfacies solum, sed longe etiam illam superabis. Me vero semper **TIBI** habeas commendatissimum, obnixe rogo, nec unquam, aliquid de **TVO** in me amore subtrahi, patiaris.* Vale.

Scripti in Fridericiana d. XVIII. Martii
M DCC LX.




Bb 278

ULB Halle
004 145 070

3





37
an 26

DISSERTATIO
DE
DEXTERITATE SEV APTITVDINE
ET
SINCERITATE APOSTOLORVM
TESTIVM RELIGIONIS CHRISTIANAE FIDE
DIGNISSIMORVM

QVAM
P R A E S I D E
VIRO SVMME VENERANDO, EXCELLENTISSIMO,
AMPLISSIMO, DOCTISSIMO,
CHRISTIAN. BENEDICTO MICHAELIS,

S. S. THEOLOGIAE DOCTORE, EIVSDEMQUE ET LINGVARVM
GRAECAE AC ORIENTALIVM PROFESS. PVBL. ORDINAR.
REGIORVM ALVMNORVM EPHORO,

FAVTORE AC PRAECEPTORE SVO
SVMMA VENERATIONE SVSPICIENDO,
D. MARTII A. C^oI^oG^oC^oL^oX.
PVBLICE DEFENDET

AVCTOR
CHRISTIANVS GOTTLLOB KAHL,
HIRSCHBERGA-SILESIVS,
S. S. THEOL. CVLT.

HALAE MAGDEBURGICAE EX OFFICINA HENDELIANA.